

J. M. Beuther: Complexiones ex duobus prioribus titulis Institutionum etc.
1596.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

8,-80

DA BOX

(LN bis 156)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

COMPLEXIONES
EX DVOBVS PRIORIBVS TITVLIS INSTITVTIONVM. LIB: I. DE IVSTITIA ET IVRE natur. genti. & ciuili: itemq; ex concordantib. tit. D. deſumptæ.

QVAS.

Auſpice Iova O. M.

Sub præſidio

CLARISSIMI CONSVLTISSImiq; viri. D. Ioh. Michaelis Beutheri IC. celeberrimi in inclyta Trebocum Academia.

Ingenij exercendi cauſa, ad diſputandum proponit

ALEXANDER SEHSTET HOLSATVS.

Menſe Martio.

ARGENTORATI

Excudebat Antonius Bertramus.

Anno M. D. XCVI.

26 marz.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

MAGNIFICO AC NOBILISSIMO VIRO Dn. GEORGIO SEHSTET IN Noſſeh, Guldenſtein & Pardoel parenti ſuo ſummo honore colendo.

Haſce Theſes à ſe congeſtas

In debitæ obſervantiæ monimentum & filialis gratitudinis teſtificationem conſecrat ac dedicat.

ALEXANDER SEHSTET, FILIUS, Reſpondens.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

THESIS PRIMA.

CVm de juris noſtri principijs totus hujus diſputationis cardo verſetur: Primò ne illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam tractare videamur, qværimus, jus noſtrum, ſitne ita generale, ut omnes imperio Romano ſubjectos, cujuſcunq; ſint ſtatus, conditionis, ac ordinis, poſſit ligare? AFFIRMAMVS:

l. ex Imperfecto 23. ff. de Legatis & fideic. 3. l. 3. & 4. C. de Legibus l. 3. C. de teſtamentis. & §. fin. Inſt. quibus modis teſtamenta infirmant.

II.

Hinc princeps, ceu Imperator, licet legibus ſolutus ſit: (*a*) attamen Imperatore nihil tam dignum eſt, qvàm legibus vivere (*b*) ſeq; legibus principem alligatum profiteri. (*c*)

(a) *l. Princeps ff. de legibus.* (b) *l. ex Imperfecto, C. de teſtament,* (c) *l. Digna vox. C. de legibus.*

III.

Qvippe qvod jus natura, (*a*) atq; ipſo Iova auctore omnium bonarum rerum, in genus humanum ſit introductum: (*b*) *Cauſ. effi.*

(a) *Cic. 1. de legibus. item pro Milone,* (b) *1. Iac. 1. Rom. 1, l. 2 ff. de legibus.*

IV.

Vt juſtitia inter homines particularis dumtaxat æqvaliter ad conſervandam civilem ſocietatem ſervetur, & exerceatur. *cauſ. fin*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

not. VVeſ. in part. tit. 1. lib. circa principium.

V.

Hinc juſtitia rectè dicitur conſtans & perpetua voluntas, jus ſuum cuiq; tribuendi, *(a)* à qva jus appellatur. *(b)*

(a) *vt hic. & l. 10 ff. eodem.* (b) *l. 1. ff. eodem.*

VI.

Eodemq; reſpectu, juriſprudentia eſt divinarum, ac humanarum rerum notitia: juſti atque injuſti ſcientia.

Hoc tit. & l. 10. ff. eodem.

VII.

Eſt autem jus, qvo vtimur, Celſo finitore, ars æqvi & boni.

l. 1. ff. eodem.

VIII.

Præcepta artis hujus ſunt 3. Honeſtè vivere, Alterum non lœdere, jus ſuum cuiq; tribuere.

Vt hic. & l. juſtitia §. 1. ff. eodem.

IX.

Sic vt honeſtè vivamus, non ſolum qvod licet contemplemur: ſed & id, qvod honeſtum eſt.

l. ſemper ff. de Ritu nuptiarum & de Reg. Iuris.

X.

Tum qvemadmodum non eſt licitum alium offendere: niſi ob corporis ſui tutelam: *(a)* ita qvoque minimè conceſſum eſt, ad ſui defenſionem præbere occaſionem. *(b)*

a) *l. 3.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

(a) *l.3.ff.de juſt. & iure:* (b) *l. Scientiam ff. ad l. Aqviliam.*

XI.

Qvo ſenſu ſui ipſius offenſio prohibita eſt: (*a*) cum nemo dominus membrorum ſuorum eſſe cenſeatur. (*b*)

(a) *l. omne delictum §. qui ſe ff. de re militari.* (b) *l. liber homo. ff. ad l. Aqviliam.*

XII.

Itaq; ſi qvis ſibi mortem conſciverit, denegatur ei Chriſtiana ſepultura.

Schneid. in §. iuris præcepta Inſt. hoc tit.

XIII.

Verum ſi impatientia doloris, aut tædio vitæ, aut morbo, aut furore ſe qvis vulneraverit, vel aliâs mortem ſibi conſciverit in eum non eſſe animadvertendum aſſeveramus.

d. l. Omne delictum. § qviſe ff. de re militari.

XIV.

Dicta præcepta aut ad publicam, aut privatam referuntur vtilitatem: vnde jus rectè Imperator in publicum & privatum diſtribuit.

§. huius. Inſt. hoc tit. & l. 1. ff. eodem.

XV.

Publicum jus eſt qvod in publicis perſonis conſiſtit, & ad ſtatum Reipub. Romanæ: Privatum vero, qvòd ad ſingulorum, ſeu privatorum hominum vtilitatem pertinet.

Dicto §. & dicta l. Inſt. hoc tit. ff. eodem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

XVI.

Privatum autem jus eſt commune, aut proprium.

§ jus autem. Inſtit. hoc tit. l. omnes. ff. de juſt. & jure.

XVII.

Commune eſt, qvod recta ratio omnes docet.

l. 1. 9. & 11. ff. eodem.

XVIII.

Eſtq; naturale, vel gentium.

Dicta l. 6.

XIX.

Naturale eſt, qvod natura omnia animalia docuit, cujuſmodi ſunt, libertas, maris & fœminæ conjunctio, liberorum procreatio, & educatio.

§. 1. Inſt. hoc. tit. l. 1. § 3. ff. eodem. l. unica. § taceat. C. de rei ux. actione.

XX.

Hinc ſtatuimus, voti paterni eſſe, liberis parare bona, eosq; honeſtè locupletari: *(a)* & contra naturalem ſtimulum iſtos agere parentes, qvi non ſolùm nihil ſuis acqvirunt: verum etiam ſibi à prioribus relicta peſſimè devorant atq; conſumunt.

(a) *l. intereſt. 50. in med. ff. de Bonis libert. dicta l. unica. C. de rei ux. actione.*

XXI.

De jure itaq; civili pater officio judicis cogi poteſt ad alendos liberos, pro modo facultatum: *(a)* non ſolum in patria exiſtentes poteſtate; & ex legitimis procreatos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

creatos nuptijs: verùm etiam legitimatos ac naturales tantum. (*b*)

(a) *l. ſi qvis à liberis in princ. ff. de liberis agnoſ. & l. fin. C. de alendis liberis à parent.* (b) *dicta l. ſi qvis C. de Naturalib. lib.*

XXII.

Atqvando liberi erga parentes ſunt ingrati: prædicta non procedunt (*a*) Cùm ingratitudo tollat debitum naturæ. (*b*)

(a) *Secundum gloſſam. in d. l. fin. C. de alend. lib.*
(b) *c. optimè. §. hoc autem in Auth. de Nuptijs.*

XXIII.

Pari ratione naturali, qva aſtringimur, vt benè facienti benefaciamus, filij parentes inopes alere tenentur.

l. 1. C. de alend. lib. d. l ſi qvis ff. de agnoſ. & alend. lib.

XXIV.

Iura enim naturalia ſemper firma, atq; inmutabilia permanent.

§. ſed. Inſt. hoc tit.

XXV.

Ius gentium eſt, qvod ratio naturalis inter omnes gentes conſtituit: & apud omnes populos peræq; cuſtoditur.

§. 2. Inſt. hoc tit.

XXVI.

Ex hoc jure bella, judicia, captivitates, ſervitutes, & omnes penè contractus ſunt introducti.

§. jus autem. Inſt. hoc tit. l. 5. ff. eodem.

Atq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

XXVII.

Atq; ex hoc jure & illa cautio profecta eſt, vt vim atq; injuriam propulſemus.

l.3.ff.eodem. l. Scientiam. cum quis aliter.ff. ad l. Aquiliam.

XXVIII.

Qvod tamen fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ qvæ dicitur neceſſaria defenſio, & ab omni culpa remota.

l.1. C.unde vi & d.§. qui cum aliter. Cujac.lib.5.obſ,c.8.

XXIX.

Atq; ita homicidium in terminis inculpatæ tutelæ commiſſum, etiam in foro poli putamus excuſabile.

per d. l. ut vim. & communem totius Imperij conſuetudinem.

XXX.

Proprium eſt jus civile, qvod qviſq; populus, aut civitas, vel Reſpub. addendo, vel detrahendo juri communi, ſibi conſtituit.

§.2.Inſt. hoc tit. l. omnes. ff. eodem.

XXXI.

Ius autem civile eſt ſcriptum, aut non ſcriptum.

§.Conſtat. Inſt. hoc tit. l. 6.§. ult. ff. eodem.

XXXII.

Scriptum jus eſt, qvod continetur in corpore juris atq; ex legibus, Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Principum placitis, Reſponſis prudentum venit, vel à prætore adjuvandi, corrigendi, vel ſupplendi juris civilis gratia eſt introductum.

§.5.Inſt. hoc tit. & l. 7.ff. eodem.

XXXIII.

Ius non ſcriptum eſt, qvod uſus freqvens, inveteratus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

ratus, & æqvus tacito populi conſenſu approbatus in-troduxit: vocaturq; conſvetudo.

l. 6 §. ſine ſcripto. ff. hoc tit. & l. 32. ff. de legibus l. 1, 2. C. quæ ſit long. conſvet.

XXXIV.

Vt autem ejuſmodi conſvetudo valeat, concludimus, ut ſit rationabilis, *(a)* nec contra bonos mores, prout enim lex, ſic qvoq; conſvetudo, qvæ pro lege non immeritò cuſtoditur, ſancta, honeſta, ac Reipub. utilis eſſe debet. *b)*

(a) *l. qvod non ratione. ff. de legibus.* (b) *l. de qvibus. ff. de legibus. Schneid. §. ex non ſcripto. Inſt. hoc tit.*

XXXV.

Præterea ad ejus validitatem, reqvirimus continuatam actuum freqventiam.

§. Diuturni mores. Inſt. hoc tit. l. cum de conſvetudine ff. de juſt. & jure. l. 1. C. qvæ ſit longa conſvetudo & l. an in totum. D. de AEdificijs privatis.

XXXVI.

Atq; qvamvis minimè aſſentiamur ijs, qvi putant, duas tantum ſententias judicis in eodem genere litis conſimiles introducere conſvetudinem: attamen, ſi ſæpiús, & perpetuò ſimiliter ſit judicatum, vim legis obtinere dicimus: *(a)* qvod etiam tacitus, illiteratusq; populi conſenſus, freqventi, aſſiduo, & longævo uſu inveteratus faciat. *(b)*

(a) *l. nam Imperator. ff. de legibus. Cujacius. lib. 20. obſ. c. 1.* (b) *l. ſed & ea. ff. de legibus.*

XXXVII.

Hinc rectè concluditur, longam patriæ, ſeu regionis conſvetudinem accuratè eſſe ſemper attendendam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

l. Imperatores. ff. de contrahenda empt. l. ſi ſervus. §. fin. ff. de leg. 1. Gail. obſ. lib. 1. c. 36. per tot. & lib. 2. obſ. 8. not. Damhoud. in prax. crim. c. 77. num. 38.

XXXVIII.

Nam conſvetudo non modò legum optima eſt interpres: (*a*) verum etiam, qvando illi contraria invenitur, legi & juri communi derogat: (*b*) ac jure dicitur fieri, qvod fit ſecundum conſvetudinem.

(a) *l. ſi de Interpretatione. §. optima. ff. de longa conſ.*

(b) *l. 4. ff. de cuſtodia reorum. VVeſ. in parat. ff. de longa conſ. Cujacius in parat. C. qvæ ſit longa conſvetudo.*

XXXIX.

Atq; adeò, ut judex ſecundum conſvetudinem non judicans, litem ſuam perinde faciat, ac ſi contra jus commune pronunciaſſet.

Auth. jubemus. C de judicijs. d. l. an in totum. C. de AEdif. priuatis. l. præſes. C. de ſervit. & aqva. VVeſ. in parat. ff. de legibus Gail. d. lib. 1. obſ. 36.

XL.

Danda igitur opera eſt, vt, (qvæ à majoribus noſtris conſvetudo, ac Privilegia, Reipub. utilia, nobis relicta ſunt) firmiter atq; conſtanter defendamus ac tueamur.

per ea qvæ dicta ſunt Theſibus 6. præcedentibus.

PRO CORONIDE.

I.

Ἐπιείκειαν ſummo, ac ſtricto juri præferendam eſſe, cenſemus.

l. placuit. C. de judicijs. l. ubicumq; ff. de interr. act. l. 14. §. 6. ff. de Religoi. & ſumptibus funerum.

II.

Defenſionem inæqvalibus etiam armis interdum rectè fieri defendemus.

Toto

Toto tit. C. ad L. Corneliam de ſicarÿs. not. Damhoud. in prax. criminal. cap. 76. num 2.

III.

Qvid de Thraſimachi ſententia *a)* ſtatuendum, qui dixit, jus nihil aliud eſſe, qvàm qvod potentiori placuit, aut populo utile viſum eſt? Epicureorum illa fuit turpis opinio, qvorum ille facilè princeps fuit, qvam meritò deteſtamur. *(b)*

(a) *qvæ extat apud Platonem.* (b) *ſiqvidem jus à juſtitia appellatum eſt l. 1. §. 1. ff. de juſt. & jure, qvæ nuſquam patitur tribui aliquid magis potentiæ aut utilitati, qvàm æquitati & honeſtati, qvas ambas virtutes vel maximè ſibi natura propoſitas habet in omnibus fac. l. non omne. 144. ff. de regulis juris.*

IV.

Vtrum rectè à communi Interpretum opinione recedi poſſit, qværitur? Nos diſtingvimus. Aut enim Interpretum error apertiſſimè oſtendi poteſt, & non indignè diſcedimus abs eorum doctrina: *(a)* adeo ut ne judex litem ſuam faciat ſi contra talem communem pronunciaverit. Aut juri veritatiq; ea eſt planè conſentanea, atq; meritò retinemus eam. (*b*)

(a) *ſtultitia namq; eſſet, inquit Muretus, nolle veritati cedere, ſed repudiata ea communem & inveteratum errorem ſeqvi: neq; etiam ideo non erratur quia diu erratum eſt: Deniq; multitudo errantium errori non parit patrocinium.* (b) *per l. minimè. ff. de legib.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

AD NOBILISSIMUM Dn.
Reſpondentem

ALEXANDER à SEHSTET.
Holſatum.

IOH. MICH. BEUTHERI I. V. D.
Petaſtichon.

*E*St honor atq; decus magnum virtute petendum
Crede mihi libris invigilare bonis:
At nimium felix, ô terq́; quaterq́; beatus
Cujus ab anguſto pectore Iura fluunt.
Non dubita meritæ referent tibi præmia laudis
Aonides, patri quanta tulêre tuo.
Hunc SEHSTETE *tuis ſtudijs imitare parentem,*
Ut te nobilitet patris & artis opus.
Macte animi virtute tui, perge eſſe, quod audis,
Quod facis, & ſupera quô modò tendis iter.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 156 [8,-80 4°]